

## *La preghiera del Signore*

### **Pater noster**

Pater noster qui es in cælis:  
sanctificétur Nomen Tuum;  
advéniat Regnum Tuum;  
fiat volúntas Tua, sicut in cælo, et in terra.  
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;  
et dimítte nobis débíta nostra,  
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;  
et ne nos indúcas in tentatiónem;  
sed líbera nos a Malo.

### **Padre nostro**

Padre nostro che sei nei cieli,  
sia santificato il tuo nome,  
venga il tuo regno,  
sia fatta la tua volontà, come in cielo così in terra.  
Dacci oggi il nostro pane quotidiano,  
e rimetti a noi i nostri debiti  
come noi li rimettiamo ai nostri debitori,  
e non ci indurre in tentazione,  
ma liberaci dal male.

## *Preghiere comuni*

### **Signum Crucis**

In nómine Patris  
et Fílii  
et Spíritus Sancti. Amen.

### **Segno della Croce**

Nel nome del Padre  
e del Figlio  
e dello Spirito Santo. Amen.

### **Gloria Patri**

Glória Patri  
et Fílio  
et Spíritui Sancto.  
Sicut erat in princípío,  
et nunc et semper  
et in sáecula sáeculórum. Amen.

### **Gloria al Padre**

Gloria al Padre  
e al Figlio  
e allo Spirito Santo.  
Come era nel principio,  
ora e sempre,  
nei secoli dei secoli. Amen.

### **Ave, Maria**

Ave, Maria, grátia plena,  
Dóminus tecum.  
Benedícta tu in muliéribus,  
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.  
Sancta María, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatóribus,  
nunc et in hora mortis nostræ.  
Amen.

### **Ave, Maria**

Ave, o Maria, piena di grazia,  
il Signore è con te.  
Tu sei benedetta fra le donne  
e benedetto è il frutto del tuo seno, Gesù.  
Santa Maria, Madre di Dio,  
prega per noi peccatori,  
adesso e nell'ora della nostra morte.  
Amen.

### **Angele Dei**

Ángele Dei,  
qui custos es mei,  
me, tibi commíssum pietáte supérna,  
illúmina, custódi,  
rege et gubérna.  
Amen.

### **Angelo di Dio**

Angelo di Dio,  
che sei il mio custode  
illumina, custodisci,  
reggi e governa me  
che ti fui affidato dalla pietà celeste.  
Amen.

## Requiem Æternam

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine,  
et lux perpétua líceat eis.  
Requiescant in pace. Amen.

## Angelus Domini

*Ángelus Dómini nuntiávit Mariæ.*  
Et concépit de Spírítu Sancto.  
Ave, María...  
*Ecce ancílla Dómini.*  
Fiat mihi secúndum verbum tuum.  
Ave, María...  
*Et Verbum caro factum est.*  
Et habitávit in nobis.  
Ave, María...  
*Ora pro nobis, sancta Dei Génatrix.*  
Ut digni efficiámur promissionibus Christi.  
*Orémus.*  
Grátiam tuam, quæsumus,  
Dómine, méntibus nostris infunde;  
ut qui, Ángelo nuntiánte,  
Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus,  
per passiónem eius et crucem,  
ad resurrectiósni glóriam perducámur.  
Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.  
*Glória Patri...*

## Regina Cæli

*Regína cæli lætáre, allelúia.*  
Quia quem meruísti portáre, allelúia.  
*Resurrexit, sicut dixit, allelúia.*  
Ora pro nobis Deum, allelúia.  
*Gaude et lætáre, Virgo María, allelúia.*  
Quia surrexit Dóminus vere, allelúia.  
*Orémus.*  
Deus, qui per resurrectiósni Fílii tui Dómini nostri Iesu  
Christi mundum lætificáre dignátus es, præsta,  
quæsumus, ut per eius Genetrícem Vírginem Mariám  
perpétuæ capiámus gáudia vitæ.  
Per Christum Dóminum nostrum.  
Amen.

## Ave, Regina cælorum

Ave, Regína cælórum,  
ave, Dómina Angelórum:  
salve, radix, salve, porta,  
ex qua mundo lux est orta.  
Gáude, Virgo gloriósa,  
super omnes speciósa,  
vale, o valde decóra,  
et pro nobis Christum exóra.

## L'Eterno riposo

L'eterno riposo dona loro, o Signore,  
e splenda ad essi la luce perpetua.  
Riposino in pace. Amen.

## Angelus

*L'Angelo del Signore portò l'annunzio a Maria.*  
Ed ella concepì per opera dello Spirito Santo.  
Ave Maria...  
*Eccomi, sono la serva del Signore.*  
Si compia in me la tua parola.  
Ave Maria...  
*E il Verbo si fece carne.*  
E venne ad abitare in mezzo a noi.  
Ave Maria...  
*Prega per noi, santa Madre di Dio.*  
Perché siamo resi degni delle promesse di Cristo.  
*Preghiamo.*  
Infondi nel nostro spirito la tua grazia,  
o Padre;  
tu, che nell'annunzio dell'angelo  
ci hai rivelato l'incarnazione del tuo Figlio,  
per la sua passione e la sua croce  
guidaci alla gloria della risurrezione.  
Per Cristo nostro Signore. Amen.  
*Gloria al Padre...*

## Regina Cæli

*Regina dei cieli, rallegriati, alleluia.*  
Cristo, che hai portato nel grembo, alleluia,  
è risorto, come aveva promesso, alleluia.  
Prega il Signore per noi, alleluia.  
*Rallegriati, Vergine Maria, alleluia.*  
Il Signore è veramente risorto, alleluia.  
*Preghiamo.*  
O Dio, che nella gloriosa risurrezione del tuo Figlio hai  
ridato la gioia al mondo intero, per intercessione di  
Maria Vergine, concedi a noi di godere la gioia della vita  
senza fine.  
Per Cristo nostro Signore.  
Amen.

## Ave, Regina dei cieli

Ave, Regina dei cieli,  
ave, Signora degli angeli;  
porta e radice di salvezza,  
rechi nel mondo la luce.  
Godi, Vergine gloriosa,  
bella fra tutte le donne;  
salve o tutta santa,  
prega per noi Cristo Signore.

## Salve, Regina

Salve, Regína,  
Mater misericórdiæ,  
vita, dulcédo et spes nostra, salve.  
Ad te clamámus,  
éxsules filii Evæ.  
Ad te suspirámus geméntes et flentes  
in hac lacrimárum valle.  
Eia ergo, advocáta nostra,  
illos tuos misericórdes óculos  
ad nos convérte.  
Et Iesum benedíctum fructum ventris tui,  
nobis, post hoc exsílum, osténde.  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo María!

## Magnificat

Magníficat ánima mea Dóminum,  
et exsultávit spíritus meus  
in Deo salvatóre meo,  
quia respéxit humilitátem  
ancíllæ suæ.  
Ecce enim ex hoc beátam  
me dicent omnes generatiónes,  
quia fecit mihi magna,  
qui potens est,  
et sanctum nomen eius,  
et misericórdia eius in progénies  
et progénies tíméntibus eum.  
Fecit poténtiam in bráchio suo,  
dispérsit supérbos mente cordis sui;  
depósuit poténtes de sede  
et exaltávit húmiles.  
Esuriéntes implévit bonis  
et dívites dimisit inanes.  
Suscépit Ísraël púerum suum,  
recordátus misericórdiæ,  
sicut locútus est ad patres nostros,  
Ábraham et sémini eius in sæcula.

Glória Patri et Fílio  
et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípium, et nunc et semper,  
et in sæcula sæculórum.  
Amen.

## Sub tuum præsidium

Sub tuum præsidium confúgimus,  
sancta Dei Génatrix;  
nostras deprecatiónes ne despicias  
in necessitátibus;  
sed a pérículis cunctis libera nos semper,  
Virgo gloriósa et benedícta.

## Salve, Regina

Salve, Regina,  
madre di misericordia,  
vita, dolcezza e speranza nostra, salve.  
A te ricorriamo,  
esuli figli di Eva;  
a te sospiriamo, gementi e piangenti  
in questa valle di lacrime.  
Orsù dunque, avvocata nostra,  
rivolgi a noi gli occhi  
tuoi misericordiosi.  
E mostraci, dopo questo esilio, Gesù,  
il frutto benedetto del tuo Seno.  
O clemente, o pia, o dolce Vergine Maria!

## Magnificat

L'anima mia magnifica il Signore  
e il mio spirito esulta in Dio,  
mio salvatore,  
perché ha guardato l'umiltà  
della sua serva.  
D'ora in poi tutte le generazioni  
mi chiameranno beata.  
Grandi cose ha fatto in me  
l'Onnipotente e santo è il suo nome:  
di generazione in generazione  
la sua misericordia  
si stende su quelli che lo temono.  
Ha spiegato la potenza del suo braccio,  
ha disperso i superbi nei pensieri del loro cuore;  
ha rovesciato i potenti dai troni,  
ha innalzato gli umili;  
ha ricolmato di beni gli affamati,  
ha rimandato i ricchi a mani vuote.  
Ha soccorso Israele, suo servo,  
ricordandosi della sua  
misericordia, come aveva promesso ai nostri padri,  
ad Abramo e alla sua discendenza, per sempre.

Gloria al Padre e al Figlio  
e allo Spirito Santo.  
Come era nel principio, e ora e sempre  
nei secoli dei secoli.  
Amen.

## Sotto la tua protezione

Sotto la tua protezione cerchiamo rifugio,  
santa Madre di Dio:  
non disprezzare le suppliche  
di noi che siamo nella prova,  
ma liberaci da ogni pericolo,  
o Vergine gloriosa e benedetta.

### **Alma Redemptoris Mater**

Alma Redemptóris Mátér,  
Quæ pérvia cœli porta manes,  
Et Stella maris,  
Succúrre cadénti,  
Súrgere qui cúrat, pópulo:  
Tu quæ genuísti,  
Natura miránte,  
Tuum sanctum Genitórem.  
Virgo prius, ac postérius,  
Gabriélis ab ore,  
Sumens illud Ave,  
Peccatórum miserére.

### **Benedictus**

Benedíctus Dóminus, Deus Ísraël,  
quia visitávit  
et fecit redemptionem plebi suæ,  
et eréxit cornu salutis nobis  
in domo David púeri sui,  
sicut locútus est per os sanctorum,  
qui a sáculo sunt, prophetarum eius,  
salutem ex inimicis nostris  
et de manu omnium, qui odérunt nos;  
ad faciendam misericordiam  
cum patribus nostris  
et memorári testaménti sui sancti,  
iusiurándum, quod iurávit  
ad Ábraham patrem nostrum,  
datúrum se nobis, ut sine timóre,  
de manu inimicorum liberáti,  
serviámus illi in sanctitate et iustitia coram ipso  
omnibus diébus nostris.  
Et tu, puer,  
prophéta Altíssimi vocáberis:  
præibis enim ante faciém Dómini  
paráre vias eius,  
ad dandam sciéntiam salutis plebi eius  
in remissionem peccatorum eorum,  
per víscera misericordiæ Dei nostri,  
in quibus visitábit nos óriens ex alto,  
illumináre his, qui in ténebris  
et in umbra mortis sedent,  
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.  
Glória Patri et Fílio  
et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípio, et nunc et semper,  
et in sácula sæculórum.  
Amen.

### **Alma Redemptoris Mater**

O Santa Madre del Redentore,  
porta dei cieli,  
stella del mare,  
soccorri il tuo popolo  
che anela a risorgere.  
Tu che accogliendo il saluto dell'angelo,  
nello stupore di tutto il creato,  
hai generato il tuo Creatore  
madre sempre vergine,  
pietà di noi peccatori.

### **Benedictus**

Benedetto il Signore, Dio d'Israele,  
perché ha visitato  
e redento il suo popolo,  
e ha suscitato per noi una salvezza potente  
nella casa di Davide, suo servo,  
come aveva promesso  
per bocca dei suoi santi profeti d'un tempo:  
salvezza dai nostri nemici,  
e dalle mani di quanti ci odiano.  
Così egli ha concesso misericordia  
ai nostri padri  
e si è ricordato della sua santa alleanza,  
del giuramento fatto ad Abramo,  
nostro padre, di concederci,  
liberati dalle mani dei nemici,  
di servirlo senza timore,  
in santità e giustizia al suo cospetto,  
per tutti i nostri giorni.  
E tu, bambino, sarai chiamato  
profeta dell'Altissimo  
perché andrai innanzi al Signore  
a preparargli le strade,  
per dare al suo popolo la conoscenza della salvezza  
nella remissione dei suoi peccati,  
grazie alla bontà misericordiosa del nostro Dio,  
per cui verrà a visitarci dall'alto un sole che sorge,  
per rischiarare quelli che stanno nelle tenebre  
e nell'ombra della morte  
e dirigere i nostri passi sulla via della pace.  
Gloria al Padre e al Figlio  
e allo Spirito Santo.  
Come era nel principio, e ora e sempre  
nei secoli dei secoli.  
Amen.

## Te Deum

Te Deum laudámus:  
te Dóminum confitémur.  
Te ætérnum Patrem,  
omnis terra venerátur.  
tibi omnes ángeli,  
tibi cæli et univérsæ potestátes:  
tibi chérubim et séraphim  
incessábili voce proclamant:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra maiestátis glóriæ tuæ.  
Te gloriósus apostolórum chorus,  
te prophetárum laudábilis númerus,  
te mártýrum candidátus laudat exércitus.  
Te per orbem terrarum sancta confitétur Ecclésia,  
Patrem imménsæ maiestátis;  
venerándum tuum verum et únicum Fílium;  
Sanctum quoque Paráclitum Spíritum.  
Tu rex glóriæ, Christe.  
Tu Patris sempitérnus es Fílius.  
Tu, ad liberándum susceptúrus hóminem,  
non horrúisti Vírginis úterum.  
Tu, devícto mortis acúleo,  
aperuísti credéntibus regna cælórum.  
Tu ad dexteram Dei sedes, in glória Patris.  
Iudex créderis esse ventúrus.  
Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni,  
quos pretiósó sáanguine redemísti.  
Æténa fac cum sanctis tuis in glória numerári.  
Salvum fac pópulum tuum, Dómine,  
et bénedic hereditáti tuæ.  
Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.  
Per síngulos dies benedícimus te;  
et laudámus nomen tuum  
in sæculum, et in sæculum sæculi.  
Dignáre, Dómine, die isto sine peccáto nos custodíre.  
Miserére nostri, Dómine, miserére nostri.  
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,  
quemádmódu sperávimus in te.  
In te, Dómine, sperávi:  
non confúndar in ætérnum.

## Te Deum

Noi ti lodiamo, Dio,  
ti proclamiamo Signore.  
O eterno Padre,  
tutta la terra ti adora.  
A te cantano gli angeli  
e tutte le potenze dei cieli:  
Santo, Santo, Santo il Signore Dio dell'universo.  
I cieli e la terra sono pieni della tua gloria.  
Ti acclama il coro degli apostoli  
e la candida schiera dei martiri;  
le voci dei profeti si uniscono  
nella tua lode;  
la santa Chiesa proclama  
la tua gloria,  
adora il tuo unico Figlio,  
e lo Spirito Santo Paraclito.  
O Cristo, re della gloria,  
eterno Figlio del Padre,  
tu nascesti dalla Vergine Madre  
per la salvezza dell'uomo.  
Vincitore della morte,  
hai aperto ai credenti il regno dei cieli.  
Tu siedi alla destra di Dio,  
nella gloria del Padre.  
Verrai a giudicare il mondo alla fine dei tempi.  
Soccorri i tuoi figli, Signore,  
che hai redento col tuo sangue prezioso.  
Accoglici nella tua gloria  
nell'assemblea dei santi.  
Salva il tuo popolo, Signore,  
guida e proteggi i tuoi figli.  
Ogni giorno ti benediciamo,  
lodiamo il tuo nome per sempre.  
Degnati oggi, Signore,  
di custodirci senza peccato.  
Sia sempre con noi  
la tua misericordia: in te abbiamo sperato.  
Pietà di noi, Signore, pietà di noi.  
Tu sei la nostra speranza,  
non saremo confusi in eterno.

## Veni, Creator Spiritus

Veni, creátor Spíritus,  
mentes tuórum vísita,  
imple supérna grátia,  
quæ tu creásti péctora.

Qui dícetis Paráclitus,  
altíssimi donum Dei,  
fons vivus, ignis, cáritas,  
et spiritalís únctio.

Tu septifórmis múnere,  
dígitus patrénæ déxteræ,  
tu rite promíssum Patris,  
sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
infúnde amórem córdibus,  
infírma nostri córporis  
virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius  
pacémque dones prótinus;  
ductóre sic te prævio  
vitémus omne nóxiúm.

Per Te sciámus da Patrem  
noscámus atque Fílium,  
teque utriúsque Spíritum  
credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,  
et Fílio, qui a mórtuis  
surréxit, ac Paráclito,  
in sæculórum sæcula. Amen.

## Vieni, o Spirito Creatore

Vieni, o Spirito creatore,  
visita le nostre menti,  
riempi della tua grazia  
i cuori che hai creato.

O dolce consolatore,  
dono del Padre altissimo,  
acqua viva, fuoco, amore,  
santo crisma dell'anima.

Dito della mano di Dio,  
promesso dal Salvatore,  
irradia i tuoi sette doni,  
suscita in noi la parola.

Sii luce all'intelletto,  
fiamma ardente nel cuore;  
sana le nostre ferite  
col balsamo del tuo amore.

Difendici dal nemico,  
reca in dono la pace,  
la tua guida invincibile  
ci preservi dal male.

Luce d'eterna sapienza,  
svelaci il grande mistero  
di Dio Padre e del Figlio  
uniti in un solo Amore. Amen.

## Veni, Sancte Spiritus

Veni, Sancte Spiritus,  
et emitte cœlitus  
lucis tuæ rádium.

Veni, pater páuperum,  
veni, dator múnerum,  
veni, lumen córdium.

Consolátor óptime,  
dulcis hospes ánimæ,  
dulce refrigérium.

In labóre réquies,  
in æstu tempéries,  
in fletu solácium.

O lux beatíssima,  
reple cordis íntima  
tuórum fidélium.

Sine tuo númine,  
nihil est in hómine  
nihil est innóxium.

Lava quod est sórdidum,  
riga quod est áridum,  
sana quod est sáucium.

Flecte quod est rígidum,  
fove quod est frígidum,  
rege quod est dévium.

Da tuis fidélibus,  
in te confidéntibus,  
sacrum septenárium.

Da virtútis méritum,  
da salútis éxitum,  
da perénne gáudium.  
Amen.

## Vieni, Santo Spirito

Vieni, Santo Spirito,  
manda a noi dal cielo  
un raggio della tua luce.

Vieni, padre dei poveri,  
vieni; datare dei doni,  
vieni, luce dei cuori.

Consolatore perfetto,  
ospite dolce dell'anima,  
dolcissimo sollievo.

Nella fatica, riposo,  
nella calura, riparo,  
nel pianto, conforto.

O luce beatissima,  
invadi nell'intimo  
il cuore dei tuoi fedeli.

Senza la tua forza,  
nulla è nell'uomo,  
nulla senza colpa.

Lava ciò che è sordido,  
bagna ciò che è arido,  
sana ciò che sanguina.

Piega ciò che è rigido,  
scalda ciò che è gelido,  
raddrizza ciò ch'è sviato.

Dona ai tuoi fedeli  
che solo in te confidano  
i tuoi santi doni.

Dona virtù e premio,  
dona morte santa,  
dona gioia eterna.  
Amen.

## Anima Christi

Ánima Christi, sanctífica me.  
Corpus Christi, salva me.  
Sánguis Christi, inébria me,  
Aqua láteris Christi, lava me.  
Pássio Christi, confórta me,  
O bone Iesu, exáudi me.  
Intra tua vúlnera abscónde me.  
Ne permíttas me separári a te.  
Ab hoste malígno defénde me.  
In hora mortis meæ voca me.  
Et iube me veníre ad te,  
ut cum Sanctis tuis laudem te  
in sáecula sæculórum.  
Amen.

## Memorare

Memoráre, o piíssima Virgo María, non esse audítum a  
sáeculo, quemquam ad tua curréntem præsidia, tua  
implorántem auxília, tua peténtem suffrágia, esse  
derelíctum. Ego tali animátus confidéntia, ad te, Virgo  
Vírginum, Mater, curro, ad te vénio, coram te gemens  
peccátor assísto. Noli, Mater Verbi, verba mea despícere;  
sed áudi propítia et exáudi.  
Amen.

## Preghiera a san Michele Arcangelo

*(Papa Leone XIII)*

Sancte Míchaël Archángele, defénde nos in prælio,  
contra nequítiam et insídias diáboli esto præsidium.  
Imperet illi Deus, súpplices deprecámur:  
tuque, Prínceps milítiae cœléstis, sátanam aliósque  
spíritus malignos, qui ad perditiónem animárum  
pervagántur in mundo, divina virtúte, in inférnum  
detrúde.

## Anima di Cristo

Anima di Cristo, santificami.  
Corpo di Cristo, salvami.  
Sangue di Cristo, inebriami.  
Acqua del costato di Cristo, lavami.  
Passione di Cristo, confortami.  
O buon Gesù, esaudiscimi.  
Dentro le tue ferite nascondimi.  
Non permettere che io mi separi da te.  
Dal nemico maligno difendimi.  
Nell'ora della mia morte chiamami.  
Comandami di venire a te,  
perché con i tuoi Santi io ti lodi,  
nei secoli dei secoli.  
Amen.

## Memorare

Ricordati, o piíssima Vergine Maria, non essersi mai  
udito al mondo che alcuno abbia ricorso al tuo  
patrocinio, implorato il tuo aiuto, chiesto la tua  
protezione e sia stato abbandonato. Animato da tale  
confidenza, a te ricorro, o Madre, Vergine delle Vergini,  
a te vengo e, peccatore contrito, innanzi a te mi prostro.  
Non volere, o Madre del Verbo, disprezzare le mie  
preghiere, ma ascoltami propizia ed esaudiscimi. Amen.

## Preghiera a san Michele Arcangelo

*(Papa Leone XIII)*

San Michele Arcangelo, difendici nella lotta,  
sii il nostro aiuto contro la malvagità e le insidie del  
demonio.  
Supplichevoli preghiamo che Dio lo domini  
e Tu, Principe della Milizia Celeste, con il potere che ti  
viene da Dio, incatena nell'inferno satana e gli spiriti  
maligni, che si aggirano per il mondo per far perdere le  
anime.



## Rosarium

### Mystéria gaudiósa

(in feria secunda et sabbato)

Annuntiatio.  
Visitatio.  
Nativitas.  
Præsentatio.  
Inventio in Templo.

### Mystéria luminósa

(in feria quinta)

Baptisma apud Iordánem.  
Autorevelatio apud Cananése matrimónium.  
Regni Dei proclamatio  
coniuncta cum invitamento ad conversionem.  
Transfiguratio.  
Eucharistiæ Institutio.

### Mystéria dolorósa

(in feria tertia et feria sexta)

Agonia in Hortu.  
Flagellatio.  
Coronatio Spinis.  
Baiulatio Crucis.  
Crucifixio et Mors.

### Mystéria gloriósa

(in feria quarta et Dominica)

Resurrectio.  
Ascensio.  
Descensus Spiritus Sancti.  
Assumptio.  
Coronatio in Cælo.

*Oratio ad finem Rosarii dicenda*

Salve, Regina,  
Mater misericordiæ,  
vita, dulcedo et spes nostra, salve.  
Ad te clamamus,  
exules filii Evæ.  
Ad te suspiramus gementes et flentes  
in hac lacrimarum valle.  
Eia ergo, advocata nostra,  
illos tuos misericordes oculos  
ad nos converte.  
Et Iesum benedictum fructum ventris tui,  
nobis, post hoc exilium, ostende.  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo María!

## Rosario

### Misteri della gioia

(da recitare lunedì e sabato)

L'annuncio dell'Angelo a Maria.  
La visita di Maria a Elisabetta.  
La nascita di Gesù a Betlemme.  
La presentazione di Gesù al Tempio.  
Il ritrovamento di Gesù nel Tempio.

### Misteri della luce

(da recitare giovedì)

Il battesimo di Gesù al Giordano.  
L'auto-rivelazione di Gesù alle nozze di Cana.  
L'annuncio del Regno di Dio  
con l'invito alla conversione.  
La trasfigurazione di Gesù sul Tabor.  
L'istituzione dell'Eucaristia.

### Misteri del dolore

(da recitare martedì e venerdì)

Gesù nell'orto degli ulivi.  
Gesù flagellato alla colonna.  
Gesù è coronato di spine.  
Gesù sale al Calvario.  
Gesù muore in Croce.

### Misteri della gloria

(da recitare mercoledì e domenica)

Gesù risorge da morte.  
Gesù ascende al cielo.  
La discesa dello Spirito Santo.  
L'assunzione di Maria al cielo.  
Maria, Regina del cielo e della terra.

*Preghiera alla fine del S. Rosario*

Salve, Regina,  
madre di misericordia,  
vita, dolcezza e speranza nostra, salve.  
A te ricorriamo,  
esuli figli di Eva;  
a te sospiriamo, gementi e piangenti  
in questa valle di lacrime.  
Orsù dunque, avvocata nostra,  
rivolgiti a noi gli occhi  
tuoi misericordiosi.  
E mostraci, dopo questo esilio, Gesù,  
il frutto benedetto del tuo Seno.  
O clemente, o pia, o dolce Vergine Maria!

*Litaníæ Lauretánæ*

Kýrie eléison — *Kýrie eléison*  
Christe eléison — *Christe eléison*  
Kýrie eléison — *Kýrie eléison*  
Christe áudi nos — *Christe audi nos*  
Christe exáudi nos — *Christe exaudi nos*  
Pater de Cœlis, Deus — *miserere nobis*  
Fili Redemptor mundi, Deus — *miserere nobis*  
Spíritus Sancte, Deus — *miserere nobis*  
Sancta Trínitas, unus Deus — *miserere nobis*.

Sancta María, *ora pro nobis*  
Sancta Dei Génatrix, *ora pro nobis*  
Sancta Virgo vírginum, *ora pro nobis*  
Mater Christi, *ora pro nobis*  
Mater Ecclésiæ, *ora pro nobis*  
Mater misericórdiæ, *ora pro nobis*  
Mater divínæ grátiae, *ora pro nobis*  
Mater spéi, *ora pro nobis*  
Mater puríssima, *ora pro nobis*  
Mater castíssima, *ora pro nobis*  
Mater invioláta, *ora pro nobis*  
Mater intemeráta, *ora pro nobis*  
Mater amábilis, *ora pro nobis*  
Mater admirábilis, *ora pro nobis*  
Mater boni Consílii, *ora pro nobis*  
Mater Creatóris, *ora pro nobis*  
Mater Salvatóris, *ora pro nobis*  
Virgo prudentíssima, *ora pro nobis*  
Virgo veneránda, *ora pro nobis*  
Virgo prædicánda, *ora pro nobis*  
Virgo potens, *ora pro nobis*  
Virgo clemens, *ora pro nobis*  
Virgo fidélis, *ora pro nobis*  
Spéculum iustítiæ, *ora pro nobis*  
Sedes Sapiéntiæ, *ora pro nobis*  
Causa nostræ lætítiæ, *ora pro nobis*  
Vas spirituale, *ora pro nobis*  
Vas honorábile, *ora pro nobis*  
Vas insígne devotiónis, *ora pro nobis*  
Rosa mýstica, *ora pro nobis*  
Turrís davídica, *ora pro nobis*  
Turrís ebúrnea, *ora pro nobis*  
Domus áurea, *ora pro nobis*  
Fœderis arca, *ora pro nobis*  
Iánua Cœli, *ora pro nobis*  
Stella matutína, *ora pro nobis*  
Salus infirmorum, *ora pro nobis*  
Refúgium peccatorum, *ora pro nobis*  
Solácium migrántium, *ora pro nobis*  
Consolátrix afflictorum, *ora pro nobis*  
Auxílium Christianorum, *ora pro nobis*  
Regina Angelorum, *ora pro nobis*  
Regina Patriarcharum, *ora pro nobis*  
Regina Prophetarum, *ora pro nobis*

*Litanie Lauretane*

Signore, pietà — *Signore, pietà*  
Cristo, pietà — *Cristo, pietà*  
Signore, pietà — *Signore, pietà*  
Cristo, ascoltaci — *Cristo, ascoltaci*  
Cristo, esaudiscici — *Cristo, esaudiscici*  
Padre che sei nei Cieli — *abbi pietà di noi*  
Figlio, Redentore del mondo — *abbi pietà di noi*  
Spirito Santo Paraclito — *abbi pietà di noi*  
Santa Trinità, unico Dio — *abbi pietà di noi*.

Santa Maria, *prega per noi*  
Santa Madre di Dio, *prega per noi*  
Santa Vergine delle vergini, *prega per noi*  
Madre di Cristo, *prega per noi*  
Madre della Chiesa, *prega per noi*  
Madre della misericordia, *prega per noi*  
Madre della divina grazia, *prega per noi*  
Madre della speranza, *prega per noi*  
Madre purissima, *prega per noi*  
Madre castissima, *prega per noi*  
Madre sempre vergine, *prega per noi*  
Madre immacolata, *prega per noi*  
Madre degna d'amore, *prega per noi*  
Madre ammirevole per virtù, *prega per noi*  
Madre del buon Consiglio, *prega per noi*  
Madre del Creatore, *prega per noi*  
Madre del Salvatore, *prega per noi*  
Vergine prudentissima, *prega per noi*  
Vergine degna di onore, *prega per noi*  
Vergine degna di lode, *prega per noi*  
Vergine potente, *prega per noi*  
Vergine clemente, *prega per noi*  
Vergine fedele, *prega per noi*  
Specchio di perfezione, *prega per noi*  
Sede della Sapienza, *prega per noi*  
Fonte della nostra gioia, *prega per noi*  
Tempio dello Spirito Santo, *prega per noi*  
Tabernacolo dell'eterna gloria, *prega per noi*  
Dimora consacrata a Dio, *prega per noi*  
Rosa mistica, *prega per noi*  
Torre della santa città di Davide, *prega per noi*  
Fortezza inespugnabile, *prega per noi*  
Santuario della divina presenza, *prega per noi*  
Arca dell'alleanza, *prega per noi*  
Porta del Cielo, *prega per noi*  
Stella del mattino, *prega per noi*  
Salute degli infermi, *prega per noi*  
Rifugio dei peccatori, *prega per noi*  
Aiuto dei migranti, *prega per noi*  
Consolatrice degli afflitti, *prega per noi*  
Aiuto dei cristiani, *prega per noi*  
Regina degli angeli, *prega per noi*  
Regina dei patriarchi, *prega per noi*  
Regina dei profeti, *prega per noi*

Regina Apostolorum, *ora pro nobis*  
Regina Mártyrum, *ora pro nobis*  
Regina Confessorum, *ora pro nobis*  
Regina Víginum, *ora pro nobis*  
Regina Sanctorum ómniū, *ora pro nobis*  
Regina sine labe originali concepta, *ora pro nobis*  
Regina in Cœlum assumpta, *ora pro nobis*  
Regina sacratíssimi Rosárii, *ora pro nobis*  
Regina famíliæ, *ora pro nobis*  
Regina pacis, *ora pro nobis*.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi  
— *parce nobis, Domine*  
Agnus Dei qui tollis peccata mundi  
— *exaudi nos, Domine*  
Agnus Dei qui tollis peccata mundi  
— *miserere nobis*.

*Ora pro nobis, sancta Dei Génetrix.*  
Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

*Orémus.*  
Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et  
resurrectionem suam nobis salutis aeternæ præmia  
comparávit, concéde, quæsumus: ut hæc mystéria  
sacratíssimo beátæ Mariæ Víginis Rosário recoléntes, et  
imitémur quod cónitent, et quod promíttunt  
assequámur. Per Christum Dóminum nostrum.  
Amen.

Regina degli apostoli, *prega per noi*  
Regina dei martiri, *prega per noi*  
Regina dei testimoni della fede, *prega per noi*  
Regina delle vergini, *prega per noi*  
Regina di tutti i santi, *prega per noi*  
Regina concepita senza peccato, *prega per noi*  
Regina assunta in Cielo, *prega per noi*  
Regina del santo Rosario, *prega per noi*  
Regina della famiglia, *prega per noi*  
Regina della pace, *prega per noi*.

Agnello di Dio che togli i peccati del mondo  
— *perdonaci, Signore*  
Agnello di Dio che togli i peccati del mondo  
— *ascoltaci, Signore*  
Agnello di Dio che togli i peccati del mondo  
— *abbi pietà di noi*.

*Prega per noi, santa Madre di Dio.*  
Affinché siamo fatti degni delle promesse di Cristo.

*Preghiamo.*  
O Dio, il tuo unico Figlio ci ha acquistato con la sua vita,  
morte e risurrezione i beni della salvezza eterna: concedi  
a noi che, venerando questi misteri del santo Rosario  
della Vergine Maria, imitiamo ciò che contengono e  
otteniamo ciò che promettono.  
Per Cristo nostro Signore.  
Amen.

### **Actus fidei**

Dómine Deus, firma fide credo et confíteor ómnia et síngula quæ sancta Ecclésia Cathólica propónit, quia tu, Deus, ea ómnia revelásti, qui es æténa véritas et sapiéntia quæ nec fállere nec falli potest.  
In hac fíde vívere et mori státuo.  
Amen.

### **Actus spei**

Dómine Deus, spero per grátiam tuam remissionem ómnium peccatórum, et post hanc vitam æténam felicitátem me esse consecutúrum: quia tu promisísti, qui es infínite potens, fidélis, benígnus, et miséricors.  
In hac spe vívere et mori státuo.  
Amen.

### **Actus caritatis**

Dómine Deus, amo te super ómnia et próximum meum propter te, quia tu es summum, infínitum, et perfectíssimum bonum, omni dilectióne dignum.  
In hac caritáte vívere et mori státuo.  
Amen.

### **Actus contritionis**

Deus meus, ex toto corde páenitet me ómnium meórum peccatórum, éaque detéstor, quia peccándo, non solum poenas a te iuste statútas proméritus sum, sed præsertim quia offéndi te, summum bonum, ac dignum qui super ómnia diligáris. Ideo fírmiter propóno, adiuvánte grátia tua, de cétero me non peccáturum peccandíque occasiónes próximas fugitúrum.  
Amen.

### **Atto di fede**

Mio Dio, perché sei verità infallibile, credo tutto quello che tu hai rivelato e la Santa Chiesa ci propone a credere. Credo in te, unico vero Dio in tre persone uguali e distinte, Padre e Figlio e Spirito Santo. Credo in Gesù Cristo, Figlio di Dio incarnato, morto e risorto per noi, il quale darà a ciascuno, secondo i meriti, il premio o la pena eterna. Conforme a questa fede voglio sempre vivere. Signore, accresci la mia fede.  
Amen.

### **Atto di speranza**

Mio Dio, spero dalla tua bontà, per le tue promesse e per i meriti di Gesù Cristo, nostro Salvatore, la vita eterna e le grazie necessarie per meritarsela con le buone opere, che io debbo e voglio fare. Signore, che io possa goderti in eterno.  
Amen.

### **Atto di carità**

Mio Dio, ti amo con tutto il cuore sopra ogni cosa, perché sei bene infinito e nostra eterna felicità; e per amar tuo amo il prossimo come me stesso e perdono le offese ricevute. Signore, che io ti ami sempre più.  
Amen.

### **Atto di dolore**

Mio Dio, mi pento e mi dolgo con tutto il cuore dei miei peccati, perché peccando ho meritato i tuoi castighi, e molto più perché ho offeso te, infinitamente buono e degno di essere amato sopra ogni cosa. Propongo con il tuo santo aiuto di non offenderti mai più e di fuggire le occasioni prossime di peccato. Signore, misericordia, perdonami.

**Maria, Mater viventium***(Papa Giovanni Paolo II)*

O María,  
orbis novi dilúculum,  
Mater vivéntium,  
cáusam omnem tíbimet vitæ commendámus:  
multitúdinem, Mater, réspice innúmeram  
infántium quibus interdícitur ne nascántur,  
páuperum quibus vívere ipsum rédditur ásperum,  
mulíerum et virórum quibus inhumána crudélitas  
inflígitur,  
senum atque ægrotántium quibus indífferens ánimus  
mortem áttulit pietásve fucáta.  
Credéntes tuum in Fílium éffice  
ut Evangélium vitæ  
cándide scíant amantérque  
nostræ ætátis homínibus nuntiare.  
Ipsis grátiam impetráto  
ut velúti novum usque donum illud amplexéntur,  
lætítiam vero ut mémori mente  
in vitæ suæ perpetuitáte id veneréntur,  
páriter constántiam  
ut actuósa idem tenacítate testificéntur  
unde univérscis cum bonæ voluntátis homínibus  
civílem veritátis amorísque cultum exstrúere possint,  
ad Dei vitæ Conditóris et amatóris láudem atque  
glóriam.

**Maria, Madre dei viventi***(Papa Giovanni Paolo II)*

O Maria,  
aurora del mondo nuovo,  
Madre dei viventi,  
affidiamo a Te la causa della vita:  
guarda, o Madre, al numero sconfinato  
di bimbi cui viene impedito di nascere,  
di poveri cui è reso difficile vivere,  
di uomini e donne vittime di disumana violenza,  
di anziani e malati uccisi dall'indifferenza  
o da una presunta pietà.

Fa' che quanti credono nel tuo Figlio  
sappiano annunciare con franchezza e amore  
agli uomini del nostro tempo  
il Vangelo della vita.  
Ottieni loro la grazia di accoglierlo  
come dono sempre nuovo,  
la gioia di celebrarlo con gratitudine  
in tutta la loro esistenza  
e il coraggio di testimoniarlo  
con tenacia operosa, per costruire,  
insieme con tutti gli uomini di buona volontà,  
la civiltà della verità e dell'amore  
a lode e gloria di Dio creatore e amante della vita.